vero mundus reputatur cruce illis affixus sum illis adhereo illi toto
complector affectu. Annon minor iste est secundo et primo gradu. Peregrinus si
prudens est et non obliviscitur sue peregrinationis licet cum labore pertransit
et non magnopere secularibus implicatur. Mortuus etiam blanda huius secu-
li sicut aspera sperneret. Qui vero raptus est usque ad tertium celum crucipit ille
omne cui mundus inheret et hiis adheret que mundo crux esse videntur.
Geminus in hiis verbis apostoli illud quoque non incongrue potest intelligi cruci-
fixum et mundum reputatione ipsius vero mundo crucifixum compassione. Cruci-
fixum enim videbat sibi mundum obligationibus viciorum et ipse crucifigebatur
ei per compassionis affectum. Pensemus singuli in quo gradu quisque
sit positus et studeamus proficere de die in diem quia de virtute in virtu-
tem videbitur deus deorum in Syon. Maxime vero in hoc sacro tempore in omni
observancia puritatis convenit studeamus ubi et certus et brevis dierum
numerus positus est. Nec desperet humana fragilitas. Nam fide nobis in hoc tempo-
re solliciti estote omnes ad custodiendam puritatem in re quadragesime quos non
desperare. Nunc autem moveamur brevi dierum numero omnes aliorum temporum neg-
ligentias emendare ut vel sic gustemus dulcedinem perfecte puritatis et in
deinceps tempore in quiete pristine munditie huius quadragesime vestigia dum respicia-
mus. Convenimus igitur fratres secundum hoc tempus totius devotionis suscipere et ma-
gis arma spiritualia recipere. Nunc enim generalis quedam totius orbis
exercitus contra immanes salvator egreditur. Beati qui sub tali duce stren-
ue militaverint. Toto siquidem anno domestica regis familia mi-
litat et assidua est in bellorum procinctu. Semel autem et certo tempore
universum imperium generalis congregatur exercitus. Felices vos qui domes-
tici meruistis esse quibus dicit apostolus: Iam non estis hospites et adve-
ne sed estis cives sanctorum et domestici dei. Quid ergo facturi sunt qui
toto anno pugnare reperiuntur cum et ipsi rudes et vanitates pariter spi-
ritualia arma arripiunt. Vos utique solito amplius sollicite opus est
insistere pugne ut magna quedam victoria regi nostro ad gloriam no-
bis proveniat ad salutem. || Sermo in natale sancti benedicti
de eo quod scriptum est Et erit tamquam lignum quod plantatum est etc.

Convenientibus vobis in unum ad audiendum verbum salutis mag-
nus michi timor fieri solet ne quis forte minus digne illud
excipiat et ita fiat ei in iudicium verbum dei. Scio enim terram
que sepius supervenientem in se recipit imbrem si fructum non fert re-
probam fore et proximam maledicto. Sic ego utique si possem benedictionem
vobis dare mallem et non maledictionem immo non ipsam benedictionem celestis
utique patris verbi non meam quam cum ipso quidem dignatione accepistis per os
meum opto vobis benedictionem manere semper nec in maledictionem posse mu-
tari. || Celebramus hodie magni nostri gloriosi benedicti natale pro eo vobis
et de eo solempnem ex more sermonem debemus. Cuius dulcissimum nomen

tum omnibus vobis confidenter amplectendus est et honorandus quia ipse dux noster
ipse magister et legifer noster est. Debitor quidem et ego in ipsius memoria licet
non sim in ea sancta conversatione. nec minimum sine reverentia beati huius patris no-
men audeam meditari. Est enim mihi de ipso non solum vobiscum saeculi abre-
nunciatio et monasticae professio disciplinae sed singulariter sine vobis cum
eo prerogativa nominis abbatis. Abbas fuit et ego. O abbas et abbas. O nomen
unum sed in altero sola magni nominis umbra. Ministerium unum sed heu
me quam dissimilis minister. quanto ministratio ipsa dissimilis. Ve mihi si tam lon-
ge fuero a te beate Benedicte in futuro quam a tuis vestigiis sentimus longe
inferior esse in presenti. Sed non mihi apud vos ponderare necesse est scio quod fratri-
bus me loquor. tamen peto ut pudorem huius et huius timorem meum fraterna-
na compassione levetis. Quia tamen ordo dispensationis mihi creditum est et si non
habeo apud me quod vobis apponam queram a beato Benedicto tres panes
quibus vos reficiam. Reficiat vos sanctitas eius iusticia eius pietas eius.
Revolvite dilectissimi quod non omnes qui in processione fuerunt domini sui illa vesti-
menta prostraverunt. In illa magna processione quam annuente domino in proxi-
mo sumus celebraturi. quando venientem ad processionem passionis et se-
dentem super asellum populi occurrerunt non omnes vestimenta sua pro-
sternebant in via sed cedebant aliqui ramos de arboribus. Non erant
hoc magnum quod gratis acceperant gratis dabant. Veruntamen nec ipsi
quidem penitus otiosi fuerunt sed nec a processione leguntur expulsi.
Fratres mei pium Christi iumentum quem cum propheta dicere potestis. Ut iu-
mentum factus sum apud te et ego semper tecum. Vos quibus insidet Christus
quia anima iusti sedes est sapientiae. Et apostolus Christum predicat dei virtutem et dei
sapientiam. Si vestes non habeo quas pedibus eius prosternam tempta-
bo vel ramos cedere de arboribus ut iuncte processioni vel parum aliquid
non desit ministerii mei. Arbor est beatus Benedictus arbor grandis
atque fructifera tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aqua-
rum. Ubi sunt decursus aquarum? Profecto in vallibus quia inter medi-
um montium pertransibunt aquae. Quis enim non videat quomodo hos tor-
rentes montium ardua declinare et media ad humilitatem semper diver-
tere valles? Sic profecto et deus superbis resistit humilibus autem dat
gratiam. Securus hic fige pedem quicumque es iumentum Christi. Super hunc
enim tantum montem semita valles incede. Nimirum in monte sedem sibi
constituit serpens antiquus mordens ungulas equi ut cadat ascensor
eius retro. Propterea vallem magis elige ad ambulandum vallem elige
ad plantandum. Neque enim vel insitis arboribus montana solent conti-
gere quod frequenter arida sunt et petrosa. In vallibus pinguedo est ubi
proficiunt plante ubi plena spica ubi centesimus oritur fructus iuxta
hoc et valles abundabunt frumento. Audis quod ubique valles laudantur
ubique humilitas predicatur. Ibi plantatum ubi decursus aquarum quia ibi copia

gratia spiritales et aque que super celos sunt laudant nomen domini. celestes celestes laudantes faciunt ut laudet. Sicut in hac terra et plantati sicut ut non arescamus non moveamur quemadmodum fluctu sicut scriptum est. Si spiritus habentis potestatem super te ascenderit locum tuum ne dimiseris. Nulla enim vobis temptatio prevalebit si non in magnis et mirabilibus super vos ambulantes sed permanentes firmi in radicibus in humilitate in caritate fundati. Sic plantatus secus decursus aquarum sanctus iste confessor domini fructum suum dedit in tempore suo. Sunt enim qui fructum non faciunt. Sunt qui fructum faciunt sed non suum. Sunt qui faciunt suum sed non in tempore suo. Sunt namque arbores infructuose ut quercus et ulmi et silvestres arbores alie sed huiusmodi nemo plantat in orto suo quia non faciunt fructum et si quem faciunt non humano esui aptus est sed porcino. Tales sunt filii huius seculi agentes in comessationibus et ebrietatibus in cubilibus et impudicitiis huiusmodi porcorum cibus sunt [illegible] quos iudeus [illegible] prohibetur comedere quibus christianus non debet adherere. Sicut enim porco porcina cum comedit non adheret cum ut iam sit una caro sic transgressor preceptorum domini spiritus sibi spiritus fiunt et adherendo eius unus cum eis efficitur demon. Nam et idcirco in sacrificiis prohibetur aliquid aliud offerri quod spiritus spiritus immundos designet qui relicto [illegible] mundana solis sibi in spiritualibus complacentes nequitie et animum semper [illegible] delectantur incolunt. Unde et in evangelio legitur illa maledicta deus creditur [illegible] homine nunquam solo sibi aliquis [illegible] postulabit nec [illegible]. Huiusmodi fructum faciunt arbores infructuose ad quarum radices securis posita iam videtur. Arbores autem que fructum faciunt sed non suum ypocrite sunt cum Symone cyreneo crucem portantes non suam quia qui religiosa intentione carentes angariantur et que non amant amore glorie quam desiderant ferre compelluntur. Nam in eo quod dicitur tempore suo arguuntur quidam ante tempus fructificare volentes. Nove enim et arboribus inferioribus quia apparet pullulantibus timentem deo floribus intempestivis etc. Sic sunt aliqui quorum fructus quia nimis propere nimis perspiciuntur. Hii sunt qui in initio conversionis sue aliis volunt velle fructificare presumunt contra legis decretum arare in primogenito bovis et ovis tondere primogenitum festinantes. Vultis nosse quam solliciti ad virtutem ut sit iste magister vester etc. Et hunc unum vobis appono [illegible] annis soli deo notus hominibus mansit incognitus fructum quidem multum tulit ut ipsi certius sed in tempore suo. Neque enim credebat tempus esse fructificandi quam tanta carnis temptatione gravatus est ut pene recederet pene desideraret. Ego enim nec istum quidem unum preterire quia et si hucusque quodammodo sperata audiens quibus semper deum laudatus interea tamen utilis est uno utilis iuncto domini [illegible] fortis temptatione nem eis [illegible] consentiendo sed magis resistit et viriliter agit sustine-

atque dominum non despexit. Hic ergo fige pedem in mentum christi et disce
quantumcumque acerba temptatio seviat non crede propterea derelictum te
esse a deo sed memineris scriptum. Invocavit me in die tribulationis eri-
piam te et honorificabis me. Ergo ut dicere ceperam non credebat bea-
tus benedictus tunc esse fructificandi tempus quando adhuc tantis temp-
tationibus urgebatur sed venit tempus et in tempore suo fructum fecit. De
fructu eius sunt tria illa que superius tetigi sanctitas eius iusticia eius
pietas eius. Sanctitatem miracula probant doctrina pietatem vita iusticiam.
Pede ergo inmento christi ramos foliis virescentes variatos floribus omni-
bus fructu. Super istos innitere ut gressus tuos facias pedibus tuis.
Sed quid tibi eius miracula? Numquid ut facere miracula velis? Nequaquam.
Sed ut miraculis eius instructus videlicet ut confidas et gaudeas te sub tali
pastore positum esse qui patronum tantum habere meruisti. Quia enim
valde potens est in celis qui tam potens extitit in terris secundum mag-
nitudinem gratie magnitudine glorie exaltatus. Nam et iuxta eandem quan-
titatem rami prodire noscuntur et quot indiciis arbor in altum tollitur tot ra-
mis ut aiunt decoratur. Sic ergo licet non habeamus nostri consolatio
magna nobis esse debent patroni nostri miracula. Doctrina vero instruit nos
et dirigit gressus nostros in viam pacis. Porro vite iusticia confortat
et animat nos ut tanto magis attendamus ad agenda que docuit quanto
certi sumus eum non alia docuisse quam fecerit. Sermo quidem vivus et
efficax exemplum operis est plurimum faciens suadibile quod dicitur dum mon-
strat factibile quod suadet. In hunc ergo modum sanctitas confortat pietas in-
format iusticia confirmat. Quante enim pietatis fuit qui non solum presentibus pro-
fuit sed etiam pro futuris sollicitus fuit. Non solum hiis qui tunc erant
fructum tulit hec arbor sed usque hodie eius fructus crescit et manet.
Dilectus plane a deo et hominibus cuius non sola persona in benedictionibus fuerit
sicut sunt multi soli deo dilecti quia soli deo cogniti sed et memoria eius
etiam nunc in benedictione est. Nam et usque hodie in triplici amoris divini con-
fessionem triplici hoc fructu pascit dominum gregem. Pascit vita pascit doc-
trina pascit et intercessione per quam incessanter adiuvat fructificare et vos
carissimi qui in hoc positi estis ut eatis et fructum afferatis. Unde eatis?
Utique a vobis ipsis sicut scriptum est. A voluptatibus tuis avertere. Nam et
dominum legimus quia exiit seminare semen suum. Ergo et hic habemus seme-
tum sicut prius fructum suum. Imitemur et huius fratres qui ad hoc venit
ut formam nobis traderet et viam monstraret. || Fortassis et ipse
dominus arbor est et debemus ab eo quoque ramos accipere quos nostris pedi-
bus apponamus. Immo non fortassis sed magis vere ipse est arbor
et planta celestis sed in terris plantata sicut scriptum est. Veritas de ter-
ra orta est. Ab eo igitur hunc ramum vobis appono ut sicut scriptum exina-
nivit hoc ipsum sentiatis in vobis nisi quod non tam ego appono quam apostolus

apud quem legistis. Hoc sentite in vobis quod et in christo ihesu qui cum in forma
dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo sed semetipsum ex
inaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus et habitu in
uentus ut homo. Et vos fratres exinanite vos. humiliate vos. seminate
vos. perdite vos. Seminatur corpus animale et resurget corpus spirituale.
perdite animas vestras et in vitam eternam servabitis eas. Vultis nosse quomodo se
recit apostolus ipse qui docuerit. Siue inquit mente excedimus deo siue so
brii sumus vobis. quid ergo tibi. Ego inquit factus sum tamquam vas perditum.
Bene se ipsum perdit qui nichil inquantum per se facit sed omnis eius intentio
et omne desiderium tendit ad dei placitum et utilitatem fratrum suorum. Infelix e
nim qui seminat in carne quia de carne metet corruptionem. Alibi vero scrip
tum est. Beati omnes qui seminant super omnes aquas. Mirabile quiddam
istud est. quod super omnes aquas. Forte super eas de quibus legitur. et a
que que super celos sunt laudent nomen domini que sunt virtutes angelice
et celestes populi. Isti plane quorum spectaculum facti sumus et angelis et
hominibus. Seminemus igitur hominibus exemplum boni per opera operis semine
mus angelis gaudium magnum per occulta suspiria et per certa humiliationis
que solis eius sunt nota. gaudium enim est angelis dei super uno peccatore pe
nitentiam agente. hinc dicebat apostolus. prouidentes bona non tantum coram
deo sed etiam coram hominibus. Coram deo dixit coram eis qui videntur ei assistere.
ipsis enim maxime placet cum nos vident occulte orantes aut ruminan
tes psalmum aliquem aut tale aliquid facientes. Sic seminate et vos ut
fructificate fratres. Seminate et vos quia tam multi ante vos seminauerunt
fructificate quia vobis seminauerunt. O quamvis adam quam multi seminaue
runt ante et quam preciosum semen. quam male perdidisti et quam merito si pereunt in
te tantum semen simul et seminantium labor. Cui perditioni tradens ab augusto
la si inte perierint hec universa. Seminauit in terra nostra tota trinitas
seminauerunt angeli patres et apostoli seminauerunt martires et confessores
et virgines. Seminauit et deus pater de corde suo eructuavit verbum bonum.
seminauit et filius ipse enim est qui exiit seminare semen suum. pater enim
non exiit sed filius a patre processit et venit in mundum ut qui prius erant
cogitationes patris in corde prius fierent ipsa pax nostra in terra nostra. Seminauit
et spiritus sanctus quia et ipse venit et apparuit discipulis dispertite lingue tam
quam ignis. Isti tota trinitas seminauit pater panem de celo. filius veritatem.
spiritus sanctus caritatem. Angeli quoque seminauerunt quando cadentibus aliis ipsi
steterunt. dixit enim lucifer ille iam non lucifer sed tenebrifer et ves
perus. Sedebo inquit in monte testamenti et similis ero altissimo. O impudens
o imprudens. Milia milium ministrabunt ei et decies centena milia assistunt
et tu sedebis. Cherubin ut propheta sedebant et non sedebant. quid la
borasti ut iam sedeas. Omnes administratorii sunt spiritus propter eos qui here
ditatem capiunt salutis et tu sedebis. Quid seminasti ut iam metis. No

est tuum non est tuum hoc sed quibus paratum est a patre. quid eis iudices? profecto
ipsi sedebunt ipsi inquam vermiculi terre iudicaturi sedebunt et tunc non sta
bis sed et iudicandus astabis. Nescitis autem apostolus quia et angelos iudicabi
mus? Ipsi utique qui euntes ibant et flebant mittentes semina sua. ve
nientes venient cum exultatione portantes manipulos suos. duo manipu
li sunt quos queris scilicet honoris et quietis sessione assequeris et altitu
dine sed non sic impie non sic. non colliges quod non seminasti. qui semina
verunt laborem et vilitatem metent honorem pariter et quietem. pro confu
sione enim sua duplici et rubore in terra sua duplicia possidebunt. unde
dicebat quidam. vide humilitatem meam et laborem meum. Hodie audistis
in evangelio promittentem dominum et dicentem discipulis. Sedebitis super
sedes iudicantes duodecim tribus israel. Ecce quies sessionis et honor iudicii.
nam et ipse dominus noluit ad hec pervenire nisi per humilitatem et laborem
unde et morte turpissima condempnatus est interrogatus tormentis et o
probriis saturatus utique ut induatur inimicus confusione ipse pariter et
omnes qui imitantur eum et progrediuntur viam. Ipse est enim qui ipse est
qui sessurus est in sede maiestatis filius altissimo et excelsissimus est. Hoc
utique ergo timuerunt angeli sancti qui cadente maligno apostasie illius
non consenserunt nobis relinquentes exemplum ut quemadmodum ipsi elegerunt
ministrare sic et nos faciamus. Nam et qui laborem fugiunt et honorem
rapiunt illum se noverint imitari qui sessionem altitudinemque quesivit
et si non sitis terreat eos illius culpa terreat vel vindicta. Ita enim iam
tenuis invenitur ut formatus sit ad illudendum et ignis eternus
preparatus est illi. Ad hec vitanda prudentiam nobis commendant an
geli qui post eum alijs cadentibus tenuerunt. Sed et apostoli hanc ipsam se
commendaverunt nobis qui recedentibus hijs qui sapientiam huius mundi seque
bantur que stultitia est apud deum et prudentiam carnis que mors opera
tur et et inimica est deo. ipsi domino adheserunt. Scandalisati sunt enim ille
audientes de sacramento carnis et sanguinis et iam non erant cum eo. discipuli
vero interrogati an et ipsi vellent abire responderunt. Ad quem ibimus verba eter
ne vite habes. Necesse est fratres hanc prudentiam imitari quia multi
adhuc cum christo ambulant donec veniatur ad edendum eius carnem et biben
dum sanguinem illius. ad communicandum scilicet passionibus eius. Hoc enim et verbum
illud et ipsum sacramentum significabat ex tunc autem scandalisantur et abe
unt retro dicentes quia durus est hic sermo. Nos cum apostolis pruden
tes simus et dicamus domine ad quem ibimus verba eterne vite habes non
discedimus a te et vivificabis nos. Non in solo pane vivit homo sed in
omni verbo quod procedit de ore dei. Non solum mundus habet delectationem
sed multo magis est in verbis tuis unde et propheta. quam dulcia faucibus
meis eloquia tua super mel ori meo. Ad quem igitur ibimus? verba vite
eterne habes o domine et ea sunt super omnia que mundus potest habere. non

solum ipsa vita sed et promissio vite eterne et expectatio iustorum leticia est et tanta leticia ut omne quod concupiscitur ei non valet comparari. Hinc ergo prudentiam nobis apostoli seminaverunt. Martyres vero manifestum est fortitudinem seminasse. Porro vero confessores seminaverunt iusticiam quia in omni vita sua servierunt sibi. Hoc enim interest inter martyres et confessores quod et inter Petrum simul omnia relinquentem et Abraham substanciam mundi in bonos usus expendentem. Sic enim illi consummati in brevi expleverunt tempora multa. Isti vero et longum et multimodum tenuere martirium. Virgines sane planum est quia temperantiam seminaverunt que se libidinem calcaverunt. || Item sermo in annunciatione dominica de illo psalmi.

Ut inhabitet gloria in terra nostra misericordia et veritas obviaverunt sibi iusticia et pax osculate sunt. Gloria nostra hec est ut et apostolus testimonium conscientie nostre. Non quidem tale testimonium quale superbus ille phariseus habebat seductum et seductorie cogitatione testimonium perhibens de se ipso et testimonium eius verum non erat. Sed cum spiritus ipse testimonium perhibet spiritui nostro. Porro hoc testimonium in tribus consistere credo. Necesse est enim primo omnium credere quod remissionem peccatorum habere non possis nisi per indulgenciam dei. Deinde quod nichil prorsus habere queas operis boni nisi et hoc dederit ipse. Postremo quod vitam eternam nullis potes operibus promereri nisi gratis tibi detur et illa. Quis enim potest facere mundum de immundo conceptum semine nisi qui solus est mundus? Utique quod factum est non potest non fieri, ipso tamen non imputante erit quasi non fuerit. Quod propheta quoque considerans ait: Beatus vir cui non imputavit dominus peccatum. De operibus quoque bonis certum omnino est quod nemo ea habet a se ipso. Nam si stare non potuit humana natura adhuc integra, quanto minus poterit per se ipsam resurgere iam corrupta? Certum est ad suam originem universa quantum in eis est tendere et in eam procliviorem semper esse pronam. Sed et nos quia de nichilo creati sumus constat quia si nobis ipsis relinquimur in peccatum semper quod nichil est declinamus.

|| Iam vero de vita eterna scimus quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam etiam si unus omnes sustineret. Neque enim talia sunt hominum merita ut propter ea vita eterna debeatur ex iure aut deus iniuriam aliquam faceret nisi eam donaret. Nam ut taceam quod merita omnia dei sunt dona et ita homo magis propter ipsa deo debitor sit quam deus homini, quid sunt omnia merita ad tantam gloriam? Denique quis melior est propheta cui dominus ipse tam insigne testimonium perhibet dicens: Virum inveni secundum cor meum? Verumptamen et ipse habuit necesse dicere deo: Non intres in iudicium cum servo tuo. Nemo itaque se seducat quia si bene cogitare voluerit inveniet procul dubio quod nec cum

Necesse est omnium primo credere quod remissionem peccatorum habere non possis nisi per indulgenciam dei
Iob 14